



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 131. Jus Africam occupandi Regibus Catholicis a Papa concessum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

mors cuncta hæc consilia penitus e-
vertit.

Sæcul. XV.
A C. 1494.

§. CXXXI.

*Jus Africam occupandi Regibus
Catholicis a Papa concessum.*

Alexander Pontificiæ auctoritatis jura *Raynald ad*
firmare semper intentus, ad Ferdi- *hunc ann.*
nandum, atque Isabellam Breve Apосто- *num. 36.*
licum direxit; cum enim ea illius ævi *Lib. 3. Bul-*
credulitas esset, quod temporalium regno- *lar. secret.*
rum dominia Pontifici subesse censerentur, hinc etiam Papa iisdem Hispaniarum Regibus Africæ invadendæ, ac expugnandæ jus contulit, adeo, ut ea occupata ceteris regnorum suorum titulis Africanum adjicerent, addita tamen lege, ut Christianæ fidei cultum in Africa restituendum curarent. Datum est hoc diploma die tertia decima Februarii: Ut vero Reges Catholici in suscipienda expeditione facultatibus, atque viribus potenter adjuvarentur, Papa alterum promulgavit decretum hoc anno die duodecima Novembris editum, quo omnibus, qui ad promovendum hoc bellum vel arma sumerent, vel opes suas conferrent, ampla indulgentiarum præmia proposuit: Cum autem Alexander Papa nihil derogatum vellet juri, quod Lusitaniæ

niæ

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

niæ Rex ad Africam armis debellandam a Pio II. sibi assertum contendebat, concessionem Ferdinando atque Isabellæ factam eo restrinxit, ut nonnisi Algerii, & Tuneti regna armis sibi subicere possent, relicta Lusitanis regnum Phutense, quod Fez vulgo vocant, finitimasque regiones expugnandi libertate. Altera exstat ejusdem Pontificis Bulla, qua tertias ex decimis partes Ferdinando attribuit, ut Granatensis regni arces adversus Mauro- rum impetus communiret, si forte hi regnum infestis armis recuperare tentarent: Itaque Reges Catholici primo diplomate firmati adversus Afros validam classem instruxerunt.

§. CXXXII.

*Ordo militaris Equitum S. Georgii
a Papa confirmatus.*

Jam Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo Fridericus III. Imperator militiam Equitum S. Georgii instituit, quam etiam Paulus II. auctoritate sua firmavit. Horum illud fuit institutum. I. Ordo a supremo militiæ Magistro regeretur, quem Equites accedente primi Austriacæ Familiæ Principis consensu eligerent. II. Adlegerentur non solum Equites, sed etiam Pres-